



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CII. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg ratificiren einen für
sie von ihren Unterthanen mit dem Rath und der Stadtgemeinde zu
Hamburg eingegangenen Vergleich, am 15. März (1262?)

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

quatuor solidos dabunt, de qua quatuordecim solidos antea dederunt. Item de lineo panno quatuor solidos dabunt, de quo antea quatuordecim dederunt. Item de quolibet vase picis vel cineris unum solidum dabunt, de quo duos solidos dederunt. Item de qualibet Mesa Wede, cum quo panni colorantur, duos solidos dabunt, de quo antea octo solidos dederunt. Item de vase sagiminis porcorum duos solidos dabunt, de quo antea quatuor solidos dederunt. Item de septem Last plumbi vel tanni (sic) unam markam argenti dabunt. Hec omnia, sicut prescriptum est, dabuntur, si de Hamborch ad vendendum in Flandriam vel alias deducantur. Si vero aliquis res suas Hamborch vendiderit, et alias res sibi ibidem comparauerit, cum quibus ad propria redire voluerit, pro eisdem rebus Vngeldum non dabit. Et de panno scilicet Want, qui de Hamborch ducitur, Vngeldum non dabitur. Actum in castris iuxta Hamborch, anno ab incarnatione Domini M^o. CC^o. XXXVI., mense Decembri. Huius rei testes sunt Henricus de Barmenstede, Georgius Aduocatus, Albero dapifer, Cristianus Aduocatus, Bernardus thelonearius et alii quam plures. Item de Marchia erant presentes Mercatores Lambertus fortis, Bernardus de Haringe, Alardus de Querstede, Gerhardus de Vnden, Hildebolt de Saltwedele et Conradus de Saltwedele.

Nos autem dicti patris nostri beatissimi vestigiis inherentes conuentionem prescriptam cum Mercatoribus initam ac consummatam gratam ac etiam ratam habentes, ipsam quoque de certa nostra scientia innouantes, presentis scripti nostri patrocinio sigillorum nostrorum munimine roborato duximus confirmandam. Adhibitis etiam testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Cunradus de Osterborch, Johannes de Crakowe, Bernardus de Inleue et Henricus de Bardeleue. Acta sunt hec Sandoue, in presentia Domini nostri Johannis, Marchionis Brandenburgensis, anno Domini M^o. CC^o. LXII^o., in die sancti Gregorii.

Nach dem Originale des Stadtarchives zu Saltwedel aus einer vom Professor Danneil mitgetheilten Abschrift. — Ungenau abgedruckt in Gercken's Cod. VI, 566 — 568. — Das S. 18 und 19 mitgetheilte Original der Urkunde, die hier transsumirt ist, weicht in mehreren Punkten von dem Transsumte ab.

CII. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg ratificiren einen für sie von ihren Unterthanen mit dem Rath und der Stadtgemeinde zu Hamburg eingegangenen Vergleich, am 15. März (1262?)

Jo. et O. Dei gratia marchiones de Brandenburg, famose honestatis viris, consulibus et communioni ciuium in Hamburg, salutem et bone uoluntatis affectum. Vniuersitati uestre notum facimus et presentibus protestamur, quod formam compositionis, per uos et nostros homines inter nos ex una, et uestram vniuersitatem ex parte altera ordinate, inconcussam pro parte nostra pariter et nostrorum, seruare curabimus atque ratam. Et si quid rancoris uel diffensionis inter nos est hactenus agitatum, in malo memores nunquam de ce-

tero existemus, immo ad omnem promotionem tocius commodi uestri pariter et honoris prouisi semper ac beniuoli uolumus inueniri. Datum Zpandowe, idus Martii, quinq; indictionis.

Aus Lappenberg's Hamburg. Urkundenbuche I, Nr. CDXCVI, S. 427.

III. Markgraf Otto von Brandenburg resignirt der Aebtissin zu Quedlingburg die Vogtei über Besitzungen in Balerleben und Dittfurth, am 23. Dezember 1262 (1261?)

Honorabili Domine sue, Quedelingburgensi Abbatisse, O., dei gracia Brandenburgensis Marchio, obsequium tam debitum quam sincerum. Aduocaciam quarti dimidii mansi in Balerfleue et vnus in Dittforde cum omni iure ad manus vestras et vtilitatem ecclesie vestre liberaliter resignamus. Ad maiorem Euidenciam presentes litteras duximus figillandas. Datum in Quedelinborg, Anno domini M^o. CC^o. LXII^o., sabbato ante Natiuitatem Domini.

Nach dem Originale des K. Geh. Kabinet's-Archives K. 489. Nr. 57. — In Erath Cod. dipl. Quedl. p. 217 befindet sich ein Abdruck dieses Documentes, was darin aber irrthümlich von Magdeburg datirt ist.

IV. Der Grafen Johann und Gerhard von Holstein Zollrolle für Hamburg mit Beziehung auf die Unterthanen der Markgrafen von Brandenburg (1254—1262).

Johannes et Gerardus, Dei gratia comites Holfatie, Stormarie, Wagrie et de Scowenborch, uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in salutis auctore gaudium cum salute. Quoniam intereuntibus hominibus ipsorum facta intereunt, necesse est, ut que a memoria hominum poterunt euagari, litterarum subscriptionibus fulciantur.

Nouerit igitur fidelis etas presentium et disceat fidelis successio futurorum, quod temporibus patris nostri, comitis Adolphi, quelibet nauis hospitem ueniens de mari dedit vnum fertonem ad theloneum. De lagena ceruicie III^{or} denarios. De choro tritici dimidium fertonem puri argenti. Et de filigine similiter. De ordeo III solidos. De auena II solidos ad vngeldum.

Postmodum cum iam dictus comes A. propositum habuit religionem intrandi, ordinatum fuit de consensu et arbitrio vniuersorum mercatorum uenientium de mari, quod quotienscumque aliqua nauis hospitem ueniret de mari, totiens dare deberet XXII denarios ad theloneum. De ceruicia uero fuit penitus relaxatum. Elegerunt enim dare de choro tritici II solidos ad vngeldum. De choro filiginis similiter. De choro ordei XVIII denarios. De auena ueneri (vero?) I solidum. De last allecium duos solidos.

Notandum etiam, quod mercatoribus marchionum de Brandenborch ex parte nostri specialiter est priuilegiatum ius ipsorum. Dant enim de last cupri III^{or} solidos ad vngeldum, de qua antea XIII solidos dederunt. De pacca linei panni III^{or} solidos, de qua